



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opervm ...

**Agobardus <Lugdunensis>**

**Parisiis, 1666**

Ervditissimi Viri Iacobi Sirmondi Praefatio de sequenti Amolonis epistola, & duobus illi subnexus opusculis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14657**

ERVDITISSIMI VIRI  
IACOBI SIRMONDI *Prefatio*  
*de sequenti AMOLONIS epistola, &*  
*duobus illi subnexus opusculis.*

**G**OTHESCALCI renovataque ab illo haresis castigatores duos antehac produximus, doctrina insignes, & illustrium Ecclesiarum Antistites, Hincmarum Remensis, & Rabanum Moguntina. Tertius pro voto nunc obtigit, nec honore illis, nec ceteris ornamentis inferior, AMOLO Episcopus Lugdunensis. Pro voto, inquam, ac desiderio nostro. Quid enim accidere poterat optatius, quam ut qua ex urbe Gothescalco falsa praesidia querebantur, ex eadem nos certum tantique nominis suffragatorem haberemus? Itaque de te, LECTOR, tuique similibus, qui veri studio ducuntur, dubitare non licet, quin hanc ejus epistolam valde probaturi sint, eaque, cujus ad nos beneficio ex S. Maximini Trevirensis Bibliotheca pervenit, justam gratiam habituri. Reputent qui Gothescalci morbo laborant, quanti eandem & ipsi facere merito debeant; quando huius unius ope convalescere possunt, si velint, hoc est, si oblatum remedium non repuant, ac sibi quoque dicta intelligant qua ab Amolone scripta Gothescalco. Amoloni porro epistola opuscula duae subiecimus, qua in veteri codice, ex quo deprompta est, illi adnexa videbamus. Qua cum ejusdem sint argumenti, & a genio Amoloni non abhorreant, non abs re, ut spero, hic etiam a nobis conjuncta judicabis.

